



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ  
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,  
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa  
Canonica Deductus**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1708**

284. An Vicario generali poßit ac debeat dari salarium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

**Q**uestio 282. An Vicarius posset pensionem imponere beneficiis (intellige iis, quibus & quomodo eam imponere potest Episcopus) sine speciali ejus commissione?

**R**esp. negativè. Ventrigl. Tom. 2. annot. 14. §. 1. n. 13. Pax. Jord. L. 12. cit. 1. num. 169. Barbos. de potest. Episc. alleg. 14. n. 77. Garc. p. 1. c. 5. num. 317. Sbroz. L. 2. q. 71. n. 24.

**Q**uestio 283. An Vicarius posset sequestrare possessionem beneficium cum fructuum custodia apud idoneam personam?

**R**espondet Sbroz. L. 2. q. 127. id eum posse tanquam Ordinarium in casu Clem. i. de sequestro possit. & fructum, ubi Canonista, & latè Vestrius in pract. l. 7. c. 2. n. 1.

## CAPUT QUINTUM.

### De Sustentatione, Amotione Vicarii, gestisque ab eo post amotionem.

#### P A R A G R A P H U S I.

##### De sustentatione Vicarii.

**Q**uestio 284. An Vicario Generali Episcopi posset ac debeat dari salarium?

**R**esp. ad primum affirmativè Fagni. in c. quoniam. ne Prelati vices suas. à n. 8. Licet enim jurisdictionem ecclesiastica vendere vel locare prohibitum sit. c. praterea. c. quoniam. ne Prelati vices suas. & Trid. sess. 25. c. 11. ubi expresse: non licet etiam jurisdictiones ecclesiasticas seu facultates nominandi aut deputandi Vicarios in Spirituibus locare, nec conductoriis per se aut alios ea exercere; alterque concessiones etiam à Sede Apostolica facta subreptitia censeantur &c. Quia & quia jurisdictione ecclesiastica est quid spiritualis, Simoniacum si illam vendere. Fagn. loc. cit. num. 4. citans c. ex multis. c. vendentes. c. non solum. 1. q. 3. gl. 1. in cit. c. quoniam. & in c. praterea. & ibidem Host. n. 6. Jo. And. n. 3. Card. n. 2. Butrio. Abb. Marian. Socin. omnes in notab. 1. & quia illa jurisdictionis, etiam secularis, venditio & locatio redundat in subditorum gravamen & judiciorum subversionem. cit. c. quoniam. Officialis siquidem, ut Abb. in c. praterea. ne Prelati vices suas. num. 4. ut aliquid lucretur supra pecuniam datam superiori per fas & nefas inducitur ad extorquendam pecuniam, pœnam & modicam culpam faciet gravorem, & saepe puniet bursam, ubi punienda esset persona: vendi quoque prohibetur jurisdictione merita temporalis juxta Authent. ut Judices sine quoquo suffragio sicut. & Authent. de mandat. Princip. §. illud tamen. Fagn. n. 6. citatis Host. in cit. c. praterea. n. 5. Butrio. n. 10. Innoc. & Card. num. 2. Et licet eam vendere non sit Simoniacum, est tamen turpe lucrum, & sicut in venditione jurisdictionis spiritualis committitur Simonia spiritualis, ita in venditione jurisdictionis temporalis committitur Simonia Laicalis, Fagn. loc. cit. n. 7. Licet inquam hoc se ita habeant de jurisdictionis emptione & venditione, illicitaque proinde sit tam ex parte committentis quam suscipientis commissio officii jurisdictionem complectentis, constitutio tamen & datio pecunia, officio jam com-

missio, loco salarii facta ipsi, cui committitur officium, Simoniaca aut illicita non est Fagn. num. 8. ex Butrio. loc. cit. num. 7. citatis quoque c. charitatem & c. quicumque. 12. q. 2. Locat siquidem Vicarius operas suas Episcopo; & accipit mercedem laboris sui, uti & Assessori datur stipendium, c. statutum. de rescrip. in 6. & sic licet vendit Advocatus patrocinium suum. c. non s. n. 14. q. 5. ita Fagn. n. 9. & 10; ut hæc à fortiore firmantur responsione sequente.

2. Resp. ad secundum. Debetur quoque Vicario salarium ab Episcopo. argumento c. inter cetera, de off. ordinari. Fagn. loc. cit. n. 9. Sbroz. L. 1. q. 55. n. 1. citatis gl. in c. i. ne Prelati vices suas. v. quantitate. Host. Card. Innoc. ibidem Imol. in Clem. statutum. de elect. num. 27. Fundatur hæc responsio in regula illa: nemō cogitūr suis stipendiis militare. Fagn. & Sbroz. ll. cit.

**Q**uestio 285. An Vicario debeatur salarium, etiam, dum de hoc conventum non est?

**R**esp. affirmativè. Sbroz. cit. q. 55. n. 6. sic de cillum testans à Rota in Turritana. 20. Maij. 1569. Barbosa juris eccl. l. 1. c. 15. n. 46. sic testans tantum à Rota apud Marchesan, de commissio. p. 1. pag. 1192. contra Mohed. decis. 4. de off. Vicar. in nov. Marta votō 99. n. 2. Valenzuel. conf. 179. n. 62. tenentes contrarium; eo quod regulariter salarium non conventum non debeatur, & secundum Alex. conf. 109. l. 3. & Deciu. conf. 132. in fine ad effectum Salarium exigendi extrema probanda sunt; nempe quod Episcopus solitus est conducere, & Vicarius locare suas operas. Rationem responsionis dat Barbosa quod ex aequitate salarium non conventum Judicis officio per se possit, ut Mohed. decis. 4. n. 1. de off. Vicar. Joans Baptist. Magon. de recta patrocin. rat. c. 8. n. 3. & quod dictum Alex. & Decio procedat in famulis & aliis vilibus personis, quæ saepe numero inserviant pro expensis sine salario.

\* \* \*

Quæst.